Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars II.
Wien, 1800 Seite 1777
Quelle:
Copyright:

mendator ecclesiarum Sancti Spiritus et Sancti Anthonij extra Portas Carintheorum &c. Wienne &c. Manus Sec. XVI. est, sed ante an. 1529. quo anno Equites hi religiosi ob Turcarum obsidionem vel in *Bulgaria* super. *Austriae*, vel ad alias Ordinis Commendas dilapsi sunt, censente *Leop. Fischero* in *brevi Notitia Urbis Vindobonae* P. I. c. 17. p. 239. e quo loco, et iis, quae subplet initio *Partis* II. conficitur: Fundamenta Ordinis S. Spiritus *Viennae* jam a. 1208. liberalitate *Gerardi* cujusdam jacta fuisse, extitisseque Hospitale cum dictis duabus sacris aedibus trans torrentem *Viennam* adpellatum intra Portas *Stubarum* et *Carinthiacam*. Sex ejus Magistros ab a. 1311. elicere e Documentis *Fischero* licuit, quibus septimum e Codice nostrum *Marcum Bolld* addamus.

DCCXLI.

R. 2144 Codex membraneus germ. Sec. XVI. Folior. 68. 12. commode perscriptus et minio illustratus Ἐπιτομὴν continet Statutorum Ordinis Equestris Teutonici hoc Rubro: 1582. *Vertzaichnus Etlicher der fürnemstenn punckten vnnd Articuln Vss vnsers Ordens buch, durch mich Jeorg vonn gemingen T. Ordens Chomenthür zu Fryburg gezogen.* Praeit Icon Epitomatoris loricati injecto Ordinis pallio, dextra Scuto Ordinis, laeva Scuto Familiae innixi adscripto nomine et munere, ut in titulo, nisi quod *Brisgovia* addatur. De eo nihil peculiare traditum reperi. Ad calcem: *Geschriben vnd volendeth zu friburg Im Breyssgö vff sambstag den 29. Xbris. Anno* 1582. Sequitur Index contentorum. Insunt vero praeter Leges primitivas etiam Consuetudines Ordinis, et ea, quae successu temporis Magni Magistri sanxere.

DCCXLII.

Codex chartaceus germ. Sec. R. 1143
XVII. Folior. 110. 4. duabus partibus constat, quarum Prior inscribitur: *Celsissimi T. O.* (Teutonici Ordinis) *Privilegiorum Liber*, et continet primum Bullas Pontificum, dein Imperatorum *Friderici* tantum II. *Ottonis* IV. et *Philippi* Diplomata Ordini data, maximam partem germanice versa, quibus etiam accedunt *Ulrici Carinthiae*, et *Alberti Austriae* Ducum Literae, Indulgentiae Ecclesiis Ordinis concessae, et Facultates dispensandi, quibus Ordinis Presbyteri gaudent. Ad singula haec Monumenta notatur, quibus in locis eorum Authentica hodie serventur. Pars altera titulum praefert: *Celsissimi T. O. Regularum et Statutorum Liber*, et post brevem Relationem historicam de Ordinis institutione, progressu et confirmatione continet *Regulam* XIX. Capitibus comprehensam, prout a M. Magistro *Maximiliano* Archid. *Austr.* renovata dicitur, demumque *Statutorum* Capita XV. omnia haec lingua vernacula.